



Jus Canonicum In V. Libros Decretalium Distributum

novâ Methodo explicatum, Omnibus Capitulis Titulorum (qui in Antiquis, & novis Libris Decretalium continentur) promiscuè & confusè positis, in ordinem doctrinæ digestis. Adjunctis Aliis Quæstionibus Connexis, Quæ Ad Plenam Cujusque Tituli, Aut Materiæ Cognitionem, Et Expositionem Pertinent. ...

Respondens Libro Quarto Decretalium : In Quo De Sponsalibus, Et Matrimoniis, & quae eis annexa sunt, agitur, eadémque plenè, & theoricè explanatur, & declarantur ...

Pirhing, Ehrenreich

Dilingae, 1678

Titulus. XVIII. D. Qui matrimonium accusare possunt, vel contra illud testari?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98293)

pronunciavit legitimum heredem ipsius R. Con-
sultus Papa Innocentius III. & considerans, quod
plus sit, quod in veritate agitur, quam quod si-
mulatè concipitur, respondet: licet dictus R. vi-
deatur, quod cum dimissa eâ, quam ut concubi-
nam habuerat, ad alias nuptias transiit, ipso fa-
cto denegaverit matrimonium, quod inter eos
initum fuerat, quia tamen desponsatio per legiti-
mos testes probata fuit, sive fuerit facta per verba
de presenti, sive per verba de futuro, carnali co-
pula subsecuta: idem Papa innitens, non tam De-
cretali Alexandri, quæ in casu simili loquitur,
quàm productis probationibus, Judicem illum le-
gitimè processisse pronunciat, ejusque sententiam
auctoritate Apostolicâ confirmat.

LV. Hinc patet, quod statur dicto testium pro-
bantium aliquem esse legitimum, quamvis fama vi-
cinæ, & tractatus parentum habeant contrarium,
Abb. hic in Summa, & alii Canonistæ communiter.
Ratio est, quia quando duæ præsumptiones contra-
riæ hinc inde concurrunt, standum est fortiori, & il-
li in dubio, quæ favorabilior est. At verò probatio
per testes est fortior, quia est plena, & sufficiens, c.
Cum causam. 37. de testib. Fama verò vicinæ non
probat plenè, & sufficienter, c. *Tam litteris. 33. eod.*
imò etiam depositio testium præfertur tractatui pa-
rentum, quia per testes fit vera probatio: ex tractatu
autem parentum resultat solum probatio præsum-
ptiva, *Alex. de Novo hic n. 3.* & ille potest esse ficti-
tius; & tunc non debet prævalere contrariæ proba-
tioni, quia plus est, quod in veritate agitur, quàm
quod simulatè concipitur, ut hic dicitur. Item cau-
sa legitimitatis filiorum est favorabilis, c. *pen. h. t. i.*
deoque plus credendum est depositioni testium in

favorem legitimitatis, quàm famæ vicinæ,
statui parentum contra prolis legitimitatem,
in Ration. hic.

LVI. Ubi præterea notandum 1. Ad
dum aliquem esse legitimum, satis est probata
fama, seu opinio vicinæ, vel majoris illius,
habeat parentes illius fuisse legitimo matre
conjunctos: sicut & è contrario, ad probandum
legitimitatem alicujus sufficit probare, seu
opinionem vicinæ, parentes illius fuisse con-
junctos, *Abb. hic n. 2. & Alex. n. 2.*

Notandum 2. Dicto parentum super filio
non statur, etiam cum juramento, si tractatus
præcedens, & fama vicinæ sit in contrarium,
etiam si fiat in extremis, ut si quis in infirmitate
stituat filium heredem, & ipsum nominet
Abb. hic n. 3. Alex. n. 4.

Notandum 3. Eo ipso, quod quis filium
lem in ultima voluntate filium nominat, & hoc
instituit, censetur eum legitimasse. *Auth. l. i. c.*
De natural. liber. si alios legitimos filios ha-
beat, Gl. hic V. Filium.

Notandum 4. Casus, de quo agitur in
missæ. 3. h. t. quod est Alexandri III. est diffini-
sui hujus cap. Nam ibi parentes testimonium
bant contra illum, qui dicebat, se esse eorum
hic verò pro ipso filio, cui multum probatur
parentum: deinde ibi negabatur filiatio, hinc
tas legitimationis. Item hic factum contra
verbo, non autem ibi. Denique hic asseren-
tium, ibi viri, & mulieris, *Gl. fin. hic jundia*
gin. lit. C. Ioann. Andr. ibid. in fine, & ideo non
debet stari dicto patris, *Abb. hic in fine.*

TITVLVS XVIII.

QUI MATRIMONIUM ACCUSARI POSSUNT, VEL CONTRA ILLUD TESTIFICARI.

Quia in præcedentibus dictum est, qualiter matrimonium contrahatur, &
ter impediatur; nunc agendum est, qualiter separetur, ac dissolvatur,
que de matrimonii separatione, sive divortio. Sed quia ad divortium
nitur per accusationes, & testimonia, ideo ante tractatum de divortio
mittitur iste Titulus de illis, qui matrimonium accusare possunt, &
illud testificari. Continet autem duas partes, nempe qui sint idonei
cusatores matrimonii, & qui idonei testes contra illud, *Abb. in Ration.*
hujus Tituli.

§. I.

*Quinam admittantur ad accusan-
dum matrimonium, vel testifi-
candum contra illud?*

I.

ASSERTIO I. Si accusetur matrimonium, sive
contra illud agatur, tanquam illegitimè contra-

ctum, vel agitur ad separationem tori, &
adulterium; & tunc admittitur ad accusandum
lùm conjux innocens, quia hujus tantum
non autem alterius. Vel agitur ad separandum
vinculi matrimonialis: & hoc casu, si accusatur
matrimonium, propter impedimentum con-
tatis, primò omnium admittuntur parentes
deficientibus, proximiores consanguinei, &
tur de impedimento consanguinitatis. *Paul.*

tos autem admittuntur ad accusandum extranei, & inter hos præferuntur maturiores, & antiquiores de vicinia, quibus consanguinitas nota est, c. 1. & 2. caus. 3. §. 6. nisi subit tale impedimentum dirimens, cui contrahentes possunt renunciare, ut est impedimentum erroris circa conditionem, seu statum, ut quia liber ignorans contraxit cum ancilla, vel de contra libera cum seruo; nam hoc casu nullus, præter liberum, & liberam, ad accusandum admittitur, cum hunc errorem sibi invicem remittere possint, & de novo in matrimonium consentire, c. 2. de conj. servor. Item si matrimonium accusetur, propter impotentiam, ut quia alter conjux est impotens ad exercendum actum conjugalem, ratione frigiditatis, vel masculicij, vel alterius impotentia; tunc enim nullus alius ad accusandum matrimonium admittitur, quam ipsi conjuges, quia horum tantum interest dissolvi tale matrimonium, & ipsi invicem cohabitare possunt, si non ut veri conjuges, saltem ut frater, & soror, c. Consultationi. 4. de frigid. & mascul. Abb. in Rubric. h. t. Henric. Canis. ibid. in princ.

II. ASSERTIO 2. Omnes, qui sunt idonei, & admittuntur ad accusandum matrimonium, admittuntur etiam ad ferendum testimonium contra illud, vel pro illo, dummodò alijs sint idonei ad testificandum, Innoc. hic in princ. n. 1. & Abb. in Rubr. Unde si agatur de matrimonio conjungendo, sive dissolvendo, parentes, & consanguinei sunt idonei testes super consanguinitate, prout sumitur ex c. Vi. de detur. 3. h. t. ubi Papa Clemens III. rescribit, parentes, fratres, & cognatos utriusque sexus, in testimonium suorum ad matrimonium conjungendum, vel dirimendum admitti debere, tam secundum antiquas consuetudines, quam leges (Canonicas, Gl. hic P. Legibus) Ideo enim maximè parentes, & si hi defuerint, proximiores cognati admittuntur, quia unusquisque suam genealogiam, cum testibus, & chartis, tum etiam ex recitatione Majorum scire laborat: illi enim recipi debent in testes, qui melius sciunt (consanguinitatem scilicet) & quorum interest, ita ut si non interfuerint, & consensum non præstiterint, secundum leges (Civiles, l. 2. ff. de ritu nupt.) nullum sit matrimonium (secundum Canones, ut supra dictum) Quod verò dicitur, patrem non recipi (in testem) in causa filij, nec filium in causa patris, illud verum est in criminalibus causis, & contractibus: sed in matrimonio conjungendo, vel disjungendo, ob ejus prærogativam, & favorem, in testes admittuntur.

III. Notandum 1. In causa matrimoniali, si ve agatur de conjungendo, sive separando matrimonio, parentes, & consanguinei utriusque sexus, & utriusque conjugis, sunt idonei testes, imò alijs præferuntur, quia præsumitur illos habere plenam notitiam, tam consanguinitatis, quam contracti matrimonij; nam utrumque scire magis ad eos spectat, quam ad extraneos; idque procedit, non solum si agatur de probanda consanguinitate, sed etiam de probando contractu matrimonij, ut communiter intelligunt DD. Abb. hic num. 2. & Alex. de Nevo num. 2.

Notandum 2. Ille, cujus interest scire, præsumitur melius informatus de re, & talis testis præfe-

rendus est alij extraneo, & præ cæteris, examinari debet.

Notandum 3. Pater non est regulariter idoneus testis in causa filij, c. Si testes. 3. §. Testis idoneus caus. 4. q. 3. l. Testis. 9. ff. de testib. quia ejus testimonium est suspectum, & vice versa; quod est verum in causis criminalibus, & contractibus; pater tamen potest esse testis in matrimonio, nisi sponsus sponsam divitiis, aut nobilitate multum superaret, & multo magis si sponsum sponsa; tunc enim testimonium parentum esset suspectum, sive quærat de consanguinitate, sive an matrimonium fuerit contractum, Abb. hic n. 6. ubi in fine addit, quòd non potest dari certa regula, an & quando credendum sit testimonio parentum in causa matrimoniali, sed id relinquendum esse arbitrio judicantis, ut ex circumstantiis deprehendat, an eorum testimonium sit suspectum, l. 3. ff. de testib.

Similiter si quærat, an admittantur parentes ad testimonium ferendum super matrimonio, nulla sit distinctio, sive procedatur super consanguinitate, sive alio impedimento, in quo militat eadem ratio, Alex. de Nevo hic n. 11.

Notandum 4. In causa matrimoniali idem potest esse accusator, & testis, c. Si duo. 4. c. De parentela. 5. & c. Episcopus. 7. caus. 3. §. 6. Idque intelligitur verum, cum quæritur de consanguinitate conjugum, Innoc. hic in princ. n. 2. Quod tamen Abb. in Rubrica hujus Tituli tunc procedere ait, si quis non tanquam accusator, sed denunciator impedimentum detulit ad Judicium: tunc enim, si Judex ex Officio inquirat, etiam is, qui denunciavit, simul potest esse testis, c. Cum in tua. 27. de sponsalib. c. In omni. 4. de testib.

§. II.

Quinam ab accusatione matrimonij sunt repellendi?

IV. Inprimis qui matrimonium accusat, propter quæstum, repelli debet, prout sumitur ex c. Significante. 5. h. t. Nam cum M. duxisset legitime (id est, in facie Ecclesiæ, & bonâ fide, ac nemine contradicente, Gl. hic P. eod.) in uxorem S. & mater ipsius niteretur matrimonium accusare (allegando impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis, vel aliud inter ipsos conjuges) ut ab eo (sponso) pecuniam extorqueret: & licet voluntati suæ non possent prava opera respondere (quia non potuit probare, quod intendit, Hostiens. hic P. Opera) nihilominus voluit habere pecuniam, ut ab accusatione desisteret. Quare mandavit Pontifex Judicibus delegatis, ut si ita est, dictam mulierem ab accusatione matrimonij repellant, & ei super hoc silentium imponant, quia malitiis hominum non est indulgendum.

V. Hinc patet, quòd repellitur accusator matrimonij, propter turpem quæstum. Idque procedit etiam in omni alio accusatore, Gl. hic P. Repellentes. quin imò Judex ex Officio potest, non tantum accusatores matrimonij, ut in casu hujus cap. propter periculum animarum, sed etiam alios accusatores repellere, parte non opponente, Abb. hic n. 4. Porro quòd ista mulier instituerit accusationem matrimonij

monii, quæstus causâ, probari potuit, tum per mediatores, per quos curabat tractari, ut sibi daretur pecunia, & ipsa desisteret ab accusatione: tum per testes, quos ipsa corrumpere conabatur, ob dictam causam, *Hofiens. hic §. Sed quomodo. & Abb. n. 5.*

VI. Præterea repellitur ab accusatione matrimonii contracti, qui tempore præmissæ denunciationis, sciens, impedimentum dirimens tacuit, & illud non manifestavit, nisi denunciationem probabiliter ignorârit, vel juret, se postea primum in ejus notitiam devenisse, & quoddam nihil malitiosè obijciat contra matrimonium, prout constat ex c. *Cum in tua. 6. & ult. h. t.* ubi Papa Clemens III. ita rescribit: „ Si post contractum matrimonium, appareat aliquis accusator, qui non prodijt in publicum, quando banna, seu denunciationes, secundum consuetudinem, in Ecclesia edebantur: tempore autem denunciationis ipse extra Diocesim existerat: vel ea ad illius notitiam pervenire non potuit, ut quia gravi infirmitate tunc laborabat: vel quia tunc facta mentis non erat: vel in tali erat ætate, ut ad talia comprehendenda ejus ætas non sufficeret, vel ex alia legitima causa impeditus fuerat: tunc enim accusatio debet admitti: alioquin tanquam suspectus debet repelli, quia præsumptio est contra ipsum, quoddam denunciationem publicè factam, dum in Diocesi existerat, non ignoraverit: nisi proprio juramento firmaverit, se postea ea, quæ objecit, didicisse, & ad hoc ex malitia non processisse: & tunc, etiamsi didicisset ab illis, qui tempore denunciationis siluerunt, non debet ei claudii, seu negari aditus ad accusandum, quia etsi illi ab accusatione repellendi forent, propter culpam silentii: iste tamen repelli non debet, cum culpabilis non existat.

VII. Pro declaratione hujus cap. notandum 1. banna, seu denunciationes debent fieri in Ecclesiis, antequam contrahatur matrimonium, nempe ut scientes impedimentum Canonicum matrimonii inter contrahentes, illud intra tempus præfixum deferant, *Alex. de Novo hic n. 3.* idèque si quis, post tempus denunciationi præfixum, accuset matrimonium, rejicitur ab accusando, quia suspectus habetur, quoddam rem in tempus contracti matrimonii malitiosè differendo, vel impedire matrimonium postea contractum, *Henric. Canis. hic n. 1.*

Notandum 2. Existens in Diocesi præsumitur habere notitiam eorum, quæ publicè fiunt in civitate, & banna, seu Edicta, quæ fiunt publicè in civitate, afficiunt omnes existentes in Diocesi, ita ut omnes præsumantur ea scire, *Abb. hic num. 2. & Alex. num. 4.*

Notandum 3. Tres sunt casus, in quibus regulariter præsumitur ignorantia eorum, quæ palam fiunt in civitate. Primus est, si quis existerat tunc temporis, extra Diocesim. Secundus est, si quis tunc erat in tenera adhuc ætate, ita ut non posset gesta intellectu comprehendere. Tertius, si ex infirmitate patiebatur defectum usus rationis. Idèque dicendum de alia causa legitima, ut quia erat excommunicatus, tempore denunciationis, & sic non fuisset admissus ad accusationem matrimonii: nisi tamen fuisset in mora petendi absolutionem, *Abb. hic n. 3. & Alex. n. 5.*

Notandum 4. Facilius admittitur accusatio matrimonii contrahendum, quam jam contractum, quia facilius impeditur matrimonium, quam contrahitur, c. *Præterea. 12. & c. Cum in tua. 27. de nec propriè dicitur matrimonium contrahi accusari, sed denunciari; c. Ad dissolvendum. despons. impub.* idèque ante contractum matrimonium, etiam post lapsum termini, admittitur accusandum, *Alex. hic n. 2.*

VIII. Notandum 5. Impedimentum matrimonii potest per proprium juramentum probari constat ex hoc cap. ibi: *nisi proprio juramento, ubi Gl. V. Juramento.* ait, quoddam plus valet juramentum unius, quam præsumptio juris, quia bannamentum eliditur. Cui tamen obstat cap. *Ex. 4. de in integr. restitut. & c. Cupientes. 16. & Qu. 20. dies de Elect. in 6.* Nam quando fit denunciatio, seu proclama impedimenti, præsumptio juris est, quoddam quis illam sciat; & tamen abjuramentum ejus, qui asserit, se illam ignorare. Quare hoc cap. ultimum procedit, quando proprio illa orta ex publicâ denunciatione, non mate, est debiliore eâ, quæ oritur ex juramento, quando impedimentum non potest verisimiliter probari, quam per juramentum: at verò contrarium allegari habent locum, quando impedimentum potest verisimiliter probari per alias legittimas probationes, juxta *Gl. in c. Licet. §. Quod si per 20. dies. V. Fidem.* quia tunc mittitur juramentum partis, ne recedat a iuramento in c. *Licet. 47. de testib. Menoch. l. 1. de præsumpt. 77. n. 10. & 11. Barbof. hic in c. Addit Abb. in cit. c. ult. n. 9. h. t.* Judicem qualitatem præsumptionis debere arbitratum sit sufficiens: nam præsumptio est ita levis, ut per juramentum excludendoque verò præsumptio est ita urgens, ut juramentum proprium non sufficiat adcludendam.

Notandum 6. Differentia in hoc est inter factorem, & testem, quoddam accusator admittendus matrimonium, etiamsi ejus auctor audivit impedimentum matrimonii, adposse. Aliud est in teste, hic enim repellendo testimonio, si ejus auctor repellatur, c. *47. de testib.* Ratio diversitatis est, quia fundat suam intentionem, non in nuda accusa sed in testibus, vel aliis probationibus; idèque auctoris sui non debet ipsi nocere, quia culpa. At verò testis, qui deponit de auctoritate qua audivit: quare si auctor repellatur, inhabilis ad testimonium, debet similiter repelli, *Abb. in cit. c. ult. n. 10. h. t. Henric. Canis. ibid. n. 2.*



§. III.

Proponuntur, & resolvuntur nonnullae quaestiones occurrentes circa reliqua tria Capitula huius Tituli.

IX. Quæritur 1. An & quando in causa matrimoniali, etiam lite non contestatâ, testes recipi possunt; & sententia ferri, alterâ parte absente? De hac re agitur in c. *Relatum*. 1. h. t. Nam cum quidam filiam suam cuidam civi Parisiensi in uxorem dedisset, post aliquot annos, quibus cum eadem permansit, propter homicidium commissum a fugit, timore mortis: postea verò dicebatur, posse probati, quoddam pater puelle illum de sacro fonte levavit: quare Episcopus loci curavit per litteras eum quæri, sed per quinquennium quæritus non potuit inveniri. Itaque hac de re consultus S. Pontifex Alexander III. respondet, si manifestum sit, sen notorium, quod asseritur (nempe quoddam inter eos sit cognatio spiritualis) aut legitimi accusatores, & testes appareant, & juvenis ille cum omni diligentia requisitus non potuit inveniri; tunc poterunt testes recipi, & iudicium Canonicè terminari, ac decidi.

X. Ubi notandum 1. Si agatur de ipso fœdere, seu valore matrimonii, possunt super impedimento matrimonii, contra reum contumaciter absentem testes recipi, etiam lite non contestatâ, dummodo alii sint legitimi testes, & iuxta eorum depositiones sententia ferri debet; quia licet regulariter non possint recipi testes super principali, lite non contestatâ, c. *Quoniam*. 5. *Ut lite non contestatâ* &c. in causa tamen matrimoniali, ut peccatum impediatur, & ne alteri conjugii, sive viro, sive mulieri fornicationis occasio præbeatur, permittitur, imò debent super impedimento matrimonii testes recipi contra reum, qui se malitiosè occultat, seu impedit, ne ad eum citatio perveniat, quamvis lis contra eum prius non sit contestata, *Privian. in Ration. hic*, de quo dictum supra l. 2. *Decret. Tit. 6. §. 1. n. 2. & seqq.*

Notandum 2. Si maritus, suâ culpâ, sit absens, & diligenter quæritus, convenienti tempore (nam quod hic dicitur de quinquennio, est tantum narratio facti, non terminus à jure requisitus) non reperiatur, potest contra ipsum procedi ad definitivam sententiam, quia in culpa fuit, non mittendo Procuratorem, & delictum ipsius dedit causam absentiae, ut in proposito commissum homicidium: secus est, quando ex causa iusta, & non malitiosè, seu culpâ suâ, maritus se absentavit. In dubio verò præsumendum est, quoddam vir in fraudem uxoris se absentavit, cum teneatur ei cohabitare, *Abb. hic n. 3. & 6.*

Notandum 3. Inter liberos suscipientis, & susceptum è Baptismo contrahitur spiritualis cognatio, non solum impediens, sed etiam dirimens matrimonium contractum, c. 1. de *cognat. spirit. in 6.* sed hodie per Concilium Tridentinum *Sess. 24. c. 2. de reform. matr.* hac cognatio spiritualis restricta est ad personas principales, neque ampliùs inter liberos baptizati, & suscipientis è Baptismo contrahitur.

Titulus IV.

XI. Quæritur 2. An accusatio, vel testimonium in causa matrimoniali fieri possit per litteras, seu scripturam, absente accusatore, vel testibus? Resp. negativè, prout sumitur ex c. *A nobis*. 2. h. t. ubi Papa Clemens III. consultus, utrùm aliqui super accusatione matrimonii, nihil voce propriâ depromentes, debeant per solam chartulam, seu scripturam admitti? Respondet, quoddam in talibus, nisi quantum ad præsumptionem, nullius momenti est conscriptio (sive accusationis, sive testimonii) quoad sententiam proferendam; nisi alia legitima adminicula suffragentur. Ratio est, quia in causa matrimoniali Judex diligenter advertere debet, ne per alicujus calumniam, vel falsum testimonium, aliqui in matrimonio invalido in peccato conjuncti permaneant, & ne legitime conjuncti contra præceptum DEI separentur, c. *Licet*. 47. in fine de *testib.* Et quia accusatores faciliùs possunt calumniari, si absentes possent accusare per scripturam, c. *ult. caus.* 2. q. 8. ubi dicitur, per scripta nullius accusatio suscipitur, sed propriâ voce, præsentem eum, quem accusare desiderat, quia nullus absens, aut accusare potest, aut accusari. Idemque est de testibus, c. *Testes*. 15. *caus.* 3. q. 9. cum non sit testimonius, sed testibus credendum, c. *Tua nos*. 8. de *cohabit. Cleric. & mulier. Gl. hic* *V. Accusatione*. Quare ad evitandam calumniam accusatoris, & falsam depositionem testium, statutum est, ut in causa matrimoniali personaliter, & propriâ, ac vivâ voce debeat fieri accusatio, & testes deponere, non autem per litteras in absentia, *Abb. hic n. 3. & Vivian. in Ration.* Et si verò scriptura ex talibus accusationibus, vel testimoniis non sufficit ad ferendam sententiam, sine aliis adminiculis, parit tamen aliquam præsumptionem, ut patet ex hoc cap.

XII. Porro plures alii DD. apud *Barbos. in Collect. hic n. 2.* existimant, attestaciones testium in scripta redactas, & Judici missas valere, & sustineri, saltem ex privilegio, & longâ consuetudine; nam ut testatur *Gail obser. libr. 1. obs. 101. n. 13. & 14.* in Bohemia, Austria, & aliis locis ex speciali privilegio, & longa observantia receptum est, ut illustres, & nobiles personæ non cogantur personaliter accedere Judici, ad perhibendum testimonium, sed satis est, quoddam per scripturam, sub fide sua, absque corporali juramento, deponant, & depositionem propriâ manu subscriptâ, & obsignatam Judici examinis transmittant, quia in istis personis cessat præsumptio fraudis, & subornationis, aut perjurii, eorundemque sigilla, & propriæ manus subscriptio sunt loco juramenti.

XIII. Similiter etiam Confessio Sacramentalis non potest fieri in scriptis, sive per litteras, aut per internuncium, Confessario absenti, obtentâ ab eodem absolutione, ex declaratione Clementis VIII. quæ extat apud *Quarantam in Summa Bullar. V. Confessio Sacramentalis*. ubi contraria opinio, tanquam falsa, temeraria, & scandalosa damnata est; tum quia sigillum confessionis periclitatur; tum quia confitentis erubescencia tollitur, si propria peccata confitentis scripta tradantur, vel mittantur Confessario, *Covarr. l. 2. var. resol. c. 13. n. 6.* ubi addit, mutum, etsi sciat scribere, non teneri ad confitendum propria peccata per scripturam; potest tamen facere, si ita sibi visum fuerit; tenetur autem

mutus

mutus confiteri per signa, quibus ejus peccata percipiantur.

XIV. Quæritur 3. An puella innubilis, quæ invita contraxit matrimonium cum aliquo, sed postea spontè ab eodem fuit cognita, audiri debeat, si reclamet contra matrimonium? Resp. negativè, prout statuitur in c. *Insuper*. q. h. t. Nam cum ali- quis contraxisset matrimonium cum puella qua- dam infra nubilem ætatem constitutâ, quæ nubilis facta, & sæpius ab eo carnaliter cogni- ta, contra matrimonium proclamavit, alle- gens se ab initio semper dissensisse: idque per tes- tes probare intendit, famâ, & conversatione præclaros. Consultus Papa Clemens III. rescri- pfit, quodd non debet audiri adversus matrimo- nium, quia antequam cognosceretur à viro, jam nubilis facta, seu legitimam ætatem attingens, cum potuit, non reclamavit: sicut enim ante legi- timum consensum, qui in XII. anno spectatur (in muliere) potuit dissentire: sic postquam ad- veniente legitimo tempore, semel etiam in copu- lam carnalem consensit, non potuit reclamare, quia ex ratihabitione sequenti sibi super hoc si- lentium indixit. Ratio decisionis est: nam li- cèt per vim, seu metum gravem illatum excludatur consensus; ubi autem non est consensus, non potest esse validum matrimonium: quia tamen per carnis copulam sponte subsecutam sublata est omnis vio- lentia; ideo matrimonium per vim, seu metum ab initio contractum, incipit valere ex tunc, post- quam puella nubilis facta in copulam liberè con- sensit; ideoque de vi sibi illata postea contra valo- rem matrimonii nihil opponere potest, & ita ratiha- bitio confirmat, sive validum facit, quod ab initio non valebat, *Gl. fin. hic, & Vivian. in Ration. hic.*

XV. Notandum 1. Matrimonium nullum, ob defectum ætatis, vel metum, convalidatur per in- terveniens spontaneam cohabitationem; post æ- tatem legitimam, maxime si intercessit copula car- nalis, juxta c. *Ad id quod*. 2. 1. & c. *Consultationi*. 2. 8. de *Sponsal.* de quo dictum supra tit. 1. hoc libro. *Abb. hinc. 2. & Alex. n. 2.* Requiritur autem, ut copula sit spontè affectu maritali habita: nam si copula fuisset metu gravi extorta, per eam non ratificaretur matrimonium metu initum, *Sanch. l. 4. de marr. dis. 18. n. 15. & dictum supra Tit. 1.*

Notandum 2. Si mulier ducta in uxorem, ante ætatem legitimam, non vult ratificare matrimo- nium, debet statim contradicere, adveniente ætate legitimâ, aliàs si cohabitaret cum viro, non contra- dicendo, ratificatur matrimonium, maxime si copu- la carnalis intervenit: quin imò etiam si non inter- venit, ut probatur ex hoc cap. ubi dicitur, antequam puella cognita fuit, debet reclamare, cum attingit æ- tatem legitimam, & clariùs probatur ex c. *unic. de despons. impub. in 6. Alex. hinc. 3.*

Notandum 3. Testes requisiti in causa matrimo- niali debent esse omni exceptione majores, c. *Licet*. 47. de *testib.* id est, tales, qui repelli non possunt ali- quâ exceptione, juxta *Gl. in c. 1. V. Majores de consang. & affin. Alex. de Novo hinc num. 4.*

§. IV.

Quis sit Judex competens causa matrimonialium?

Quoniam egimus de accusationibus, & qui adhiberi possunt in causis matrimonialibus, quædam etiam de Judice addenda hoc loco.

XVI. ASSERTIO 1. Judex competi- cantis matrimonialibus est Episcopus, c. *titibus*. 12. de *excess. Præb.* Ex iusta tamen etiam Prælati inferioribus delegari possunt causarum matrimonialium, *Covarr. in 4. 2. c. 8. §. 12. n. 1.* Item ex privilegio, vel ordi- dine legitimè præscripta potest competere quàm Episcopis, causarum matrimonialium, ac definitio, *Covarr. cit. l. Idque definit in Concilio Tridentino contra hujus tempo- ratores, Sess. 14. c. 12. ubi dicitur: Si quis causas matrimoniales non spectare ad Judicem sacrosanctum anathema sit.* Ratio est: quia matrimonium sit Sacramentum novæ legis, est res spirituum temporalis, ac profana, adeoque Judici Ec- co, non seculari, seu profano subiecta, *7. 4. dis. 8. q. 4. dub. 9. n. 164. & seq.*

XVII. ASSERTIO 2. Judex sacra- potest causam matrimonii cognoscere, & tractare de valore matrimonii, sed solus ratione quoad torum, & cohabitationem, si conjugalis causa incidat in iudicium hereditatis, *Covarr. c. l. n. 3.* In illis tam- quæ ad dotem, hæreditates, & successio- nem, etiam Judex secularis est competi- Item in quæstionibus facti, ut si agatur de adulterio, incestu, aliorumque criminum contra sanctitatem matrimonii, Judex etiam secularis, quia ejusmodi delicta fori, quæ proinde Judex, qui prævenit clericali, sive seculari puniet, quia in- stitio facti, non juris, nec oportet ad ea primo cognoscere de valore matrimonii, aut sensu, *Sanch. l. 3. de marr. dis. 4. n. 3. & 4.* si quæstio sit, an matrimonium sit de- ritum, vel an sit contractum in facie Ec- clam, ut ita constet, an filius sit legitimus nam parentum fidem, de ea potest cognoscere Judex secularis: nisi talis quæstio facti sit de- quæstionem juris, ita ut controversia sit de- nonis, seu legis Ecclesiasticæ, quid sit matrimonium clandestinum, *Tanner. c. l.*

XVIII. Illud hoc loco addendum, larmino tradit *Tanner. c. l. n. 166.* triplex- sas matrimoniales, quædam sunt omnino seu civiles, ut de dotibus, hæreditatibus, & hæ ad seculari Judicem, seu iudicem, seu iudicem sunt simpliciter, ut de partibus Sacramenti, de benedictione, & hæ ad solam Ecclesiam, & Ecclesiam Judicem pertinent: quædam sunt partim seu seculares, partim spirituales, ut de con- gnationis, divortii, & impedimentis, & hæ quidem ad seculari Magistratum pertinet, cum subordinatione ad Ecclesiasticum, tum est in Concilio Tridentino loc. *supra*